Famatis Proconsulibus Consulibus Advocatis et Scabinis Civitatis nostrae utriusque antiquae et novae Varss. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Famati Fid. nobis dilecti. Habet causam in contumatiam lucratam Famatus Stanislaus Meine Civis Gedanen. contra Martinum Wictorowicz et Joannem Kurczatko Cives novae Civitatis nostrae Varss. roine certi debiti quadringentorum flor. polon. quorum perlucrorum executio quoniam ad Fid. vestras sub quorum iurisdictione illi bona sua habeant, pertinet Iddes Fid. vestris mandamus et quamprimum ab eodem Stanislao Meine vel eius plenipotente requisiti fuerint, eadem perlucra iure exequantur victoremque causae in bona succumbentium debitori immittant omniaque sine cunctatione ex officijs suis faciant, quaecunque rei iudicatae executio desideraverit, nec quicquam eiusmodi in hac executione committant, quod parti intervenienti occasio de Fid. vestris conquerendi praebeat Pro gratia nostra et officiorum suorum debito &

Litera sac. Rae Mttis

Sigismundus &c

Iddes et Famati Fid. nobis dilecti. Intelleximus ex literis Fid. vestrarum in quo statu sit negotium quod Joachimo Heidensfeld cum societate coctura salis Toruneri intercedit per nos Fid. vestris ad cognoscendum commissum. Cum autem videamus huic rei manum extremam per Fid. vestras imponi non posse eo quod negotium in dies magis ac magis non tantum extrahatur sed etiam per partes litigantes intricetur. Iddes postulationi Fid. vestrarum facile annuimus easque hoc commissionis onere absolvimus et liberamus. Volumus tamen ut ea quae iam per Fid. vestras acta et cognita sunt scripto comprehendantur, atque cum toto causae effectu ad nos remittant. Praefixo partibus coram nobis certo aliquo et legitimo termino. Nos vero quidquid facto sit videbimus et ulterius de tota causa ut iuris fuerit cognoscemus. Datum &c

Creatio Protonotarij Publici

Sigismundus &c Scamnus &c

Quia fugax humanae naturae discretio hominum memoriis labilitate pensata ne diuturnitate temporum ea quae inter contrahentes agerentur oblivionis defectui subiacerent Tabellionatus officium quo varia hominum negocia diversique actus in solennem fidem et autenticam scripti formam redigant praecedentes duxerit Vt Tabellionatus officia talibus personis